

# LIBER IV. ORBIS NOVUS.

**N**unc pergimus in mun-  
dum alium, qui Europeis  
ab anno 1492. à Christo-  
phoro Columbo Genuen-  
si, a spiciis Ferdinandi re-  
gis Arragonum, detectus  
fuit.

Hic mundus novus, quatenus no-  
bis cognitus est, dividitur in duas pen-  
insulas latissimas, & vastissimas (lo-  
quimur autem etiam nunc de continen-  
ti) Sepentrionalem scilicet, & meridi-  
onalem.

Septentrionalis extenditur ab ortu  
versus occasum; ejus fines ad Septentrionem  
nondum patent, ob intensissima  
frigora.

Ex altero latere hæc peninsula ter-  
minatur partim mari del Nort, partim  
del Sur. Pars, quæ spectat orientem,  
distribuitur in tres provincias latissi-  
mas: Estotilant, Laboratore & Norum-  
begam.

Este